



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Morbus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

ne, quæ nascitur ex huius panis vi dormiens. In cap. decimoquarto

Augustinus. Vt in corpore dicebamus aliud esse, morbos & vulnera curare, quod pauci homines bene facere possunt: aliud autem, famem sitimque sopire, & cætera in quibus subuenire hominem homini vulgo: passimque conceditur: Sic in animo sunt quædam, in quibus excellentia illa & rara magisteria non admodum desiderantur: ut cum hortatur & monemus, ut hæc ipsa indigentibus exhibeantur, quæ corpori exhibenda esse diximus. Cum enim hæc facimus ope subuenimus corpori. Sunt vero alia quibus multimodi varique morbi animam magna quadam & ineffabili ratione sanantur. Quæ medicina nisi diuinitus populis mitteretur, nulla spes salutis esset, tam immoderata transgressione peccantibus. De Veræ religione.

Polybius. Vt in vicibus euenit, ut si illis medicamentum curandi gratia adhibeas, vlcus ipsum vi medicaminis refrigatum augetur: si vero curam eius negligas: longe magis sua ipsius natura exortitur: neque prius desinit, quam omne subiectum corpus corruptum labefactumque sit: Ita animis quoque confimiles interitum morbi ac tabes accidunt, ut nullum ex reliquis animalibus homine atrocius atque efferratus fiat: cui si interdum veniam aut impunitatem aliquam concesseris, aut aliter benignitate eum fueris prosequutus: id omne dolam fraudemque exultans, deterior fit, & erga beneficium longe magis infidus. Si vero te contra opposueris, nihil est adeo durum, crudele, nefarium, quod non facile aggreddiatur, laudem sibi eam temeritatem existimans, donec ad extremum omnino efferratus animus humanam naturam exiit. Lib. 1. Hist. fol. 38.

Demosthenis. Quemadmodum corporis morbus non tectus, nec laudatus sanatur: sic nec animus male custoditus curatur: Apud Max. ser. 26.

Ciceronis. Quemadmodum oculus turbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum: & reliquæ partes, reliquumque corpus, cum à statu motum, officio suo ac muneri deest: Sic conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum: munus enim animi est, ratione vti. Lib. 3. Tuscul. q.

Ut medici, causa morbi inuenta curationem iuuentiam esse putant: Sic nos ægritudinis causa reperta, medendi facultatem experiemus. Lib. 3. Tuscul. q.

Ut natura alius ad alium morbum procliuor: Sic animus alius ad alia vitia propensior. Lib. 4. Tuscul. q.

Seneca. Hi quorum pedes dolor repetit, aut vino aut balneo abstinent, in cætera negligentes: huius à quo sapi infectantur, occurrunt. Sic in animo nostro sunt quasi causæ partes quibus adhibenda curatio est. Lib. 2. ep. 69.

Confusis oculis protant virentia: & quibusdam coloribus infirma acies acquiescit, quorumdam splendore præstrangitur: Sic mentes ægras stulticia læta permutant. Lib. 3. de ira, c. 9.

Ut sciera ad leuem tactum, deinde etiam ad suspensionem tactus condoleant: Ita animus affectus, minimis offenditur, adeo ut quosdam salutaris, epistola oratio & interrogatio ad liem euocent. Lib. 3. de ira, cap. 10.

Quemadmodum in corporibus dum valida sunt, nihil sentitur ex putridis humoribus hinc inde sparsis: vbi vero infirmitas aliqua contigerit, omnia mouentur, siue ruptum quid, siue distortum, aut aliquid aliud in corpore putredine affectum fuerit: sic & ciuitatum & tyrannorum, dum foris bella gerunt, obscura vulgo mala sunt, quando autem finitum bellum confertur, omnia clucescunt. Demost. Olynth.

ADAGIA.

Idem quædam. Olim iustitiam in eos, qui parum commode, parumque salubriter viserent. Desumptum ab Isthmiorum ludorum tempore, quod in sex libre & morbis obnoxium fuisse obrogentem hominum concursum, restatur Suidas & Hesychius.

Herculanus morbus. Hæc dicitur. De morbo insanabilis dicitur. Hercules enim morbus quem & sacrum & comitalem appellant, ex eorum est morborum numero, quibus nulla medicorum ope succurri potest. Zenodorus.

Herculana scabies. Hæc dicitur. De scabies facili & incunda, que desideret Herculana, id est, calida balnea. Conueniet, opinor, in eos, qui nimio studio aut labore studium offenderunt, ut quibus aliquo laxamento opus sit. Das heimlich leiden.

Ipsa senectus morbus est. In senum imbecillitatem, que ut morbi ceteri absint per se mala valetudo est. Terentius in Phormione. Cui addatur Senarium ille.

Idem quædam. Metue senectam, non enim sola aduenit.

Vide Ægritudo.

BBB Morcs